



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

V. Vtrùm incurrat laicus absoluens Sacramentaliter, aliquam poenam
Ecclesiasticam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

*Potestne quis saltem venialia peccata
laico confiteri, & per eum ab
iisdem absolui?* *Quaestio*
IIII.

LAicus non potest absoluere quenquam à *Responsio.*
peccatis venialibus. Nam licet huiusmo-
di peccata non sint de essentia Confessionis:
Absolutio tamen pertinet ad potestatem Ec-
clesiasticam, qua laici non pollent. Sed nec
eorum deprecatoria Absolutio valet ad ve-
nialium remissionem, sicut Aqua benedicta,
vel Episcopalis benedictio.

Veruntamen, si laicus sit vir probus, pru-
dens, & grauis, nihil prohibet ei confiteri;
imò profuerit multum, cum propter vere-
cundiam, quæ poenitentem adducere potest
ad veram contritionem; tum etiam, quòd ab
huiusmodi laico cõfiliis possit iuuari. Quod
si tali in casu fiat Confessio, summo pere ca-
ueat laicus, ne Sacramentalem impèdat Ab-
solutionem: sed hæc duntaxat verba profe-
rat: Misereatur tui omnipotens DEVS, &c.

*Incurrítne laicus absoluens Sacramen-
taliter aliquam poenam Ec-
clesiasticam?* *Quaestio*
V.

PRæter grauissimum sacrilegium, quod ad- *Responsio.*
mittit laicus, absoluendo Sacramentali-
ter, etiam incurrit notam irregularitatis se-
cundum

Caput VI. De Ministro

tundum communem Doctorum sententiam, nisi fortè excusaretur inuincibili ignorantia,

Questio VI. Nunquid SS. Patres & veteres Doctores Ecclesie, hanc Confessionis audiendi, hoc est, soluendi & ligandi potestatem, etiam solis Sacerdotibus tribuere?

Responso. Maxime, idq; ex verbis illorum propriis liquidò constat.

Cle. in epi. ad Iac. fratrem Dñi. Clemens, Petri Apostoli discipulus, certè testatur, Petrum, dum se tradita sibi à Domino donaret potestate, sibi dixisse: Propter quod ipsi trado à Domino mihi traditam potestatem ligandi, & soluendi, vt de omnibus, quibuscunque decreuerit in terris, hoc decretum fit & in cœlis: Ligabit enim quod oportet ligari, & soluet, quod expedit solui, tanq̃ qui ad liquidum Ecclesie regulam nouerit.

Orig. super Leuit. homel. 2. Psal. 6. & 41. Psal. 31. Originis verò verba sic habent. Est adhuc & septima, licet dura & laboriosa per Pœnitentiam remissio peccatorum, cum lauat peccator in lachrymis stratum suum, & fiunt ei lachrymæ suæ panis, die ac nocte, cum non erubescit Sacerdoti Domini indicare peccatum suum, & quærere medicinam secundum eum, qui ait: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem cordis mei, In quo impletur & illud,